UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Remedium pro relapsu in defectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48641

Visual Library

REMEDIVM PRO IIS, QVOS *Dæmon conatur inducere in deſperationem, ſuggerens bona eorum eſſe perdita ipſoſq; damnatos.*

Ex eodem.

OMnem curam & ſollicitudinem debes proijcere in Deum, vt docet S. PETRVS, & in miſericordiæ eius abyſſum, Nam vti nautæ quando periculum eſt naufragij anchoram in mare abijciunt, vt ſaluentur: ſic in huiuſmodi tentatione, debemus ſpei noſtræ anchoram abijcere in mare paſſionis Chriſti, & in diuinitatis abyſſum, perfectam & firmiſſimam ſpem ac fiduciam conſtituendo in Deo.

REMEDIVM PRO IIS, QVI-*bus mens abundat cogitationibus fœdis, ex Doctore Henrico Suſio.*

COGITARE peccatum nunquam habere rationē peccati ſine voluntatis conſenſu, vnde ſi quis continenter mentem haberet obnoxiam cogitationibus tam abominandis & deteſtandis, vt neq; corde humano concipi, nec lingua vlla explicari poſſint, & in duos, aut tres annos durarent, ſed repugnante voluntate & ratione nunquā peccaret, ac proinde nec teneretur de illis confiteri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REMEDIVM PRO IIS, QVI *quoniam voluptatem aliquam capiunt ex dictis cogitationibus, ideò dubitant.*
Ex eodem.

SI turpis aliqua cogitatio incidat, ex qua aliqua voluptas percipiatur, & ob obliuionem non repentè ſupprimatur, ita vt dubiũ ſit, an ei conſenſerit, & mortaliter peccarit, nullo modo credere debet ſe conſenſiſſe: tunc enim voluptatis illecebra ita peruenta eſt, vt multum temporis interueniat, antequã aduertat. Quare, qui eſt alioquin homo timoratus, nunquam arbitrari debet ſe conſenſiſſe. Nam ſecundum S. Auguſtinum, peccatum tam eſt voluntarium, vt ſi voluntarium non ſit, nec ſit quoque peccatum.

REMEDIVM PRO IIS, QVI *ſæpius in defectum aliquem incidunt, & inde magnum faſtidium capiunt.*
Ex Thaulero,

COGITARE Apoſtolos Chriſto tam caros in defectus ſępius lapſos eſſe. Et crebrò Deus ſibi cariſsimo errare & labi paſſus eſt. Nec quiſquam ad magnam perfectionem ferè peruenit, qui